MAGNI BASILII LIBER AD IVVENES QVANTVM EX GENTILIVM LIBRIS AC LITTERIS PROFICIANT.

MVlta ſunt filii/quę hortātur me ad ea uobis conſulenda/ quę optima eſſe duco: quę q̃ uobis/ ſi illa ſequmini profu/ tura confido. Quippe & hu iuſmodi ętas & multarū re/ rum uſus/ & inſup/ quod o/ mnia maxime docet/ in utrā q̃ ptem imitatione ſatis eſſe exptum/ humanarum rerum me fecere peritum. Ita q̃ poſſum iis/ qui nuper uitam ingreſſi ſunt/ quaſi ui/ am aliquam/ qua tutiſſime proficiſcantur oſtendere. Accedit ad hoc q̃ naturali q̃dē neceſſitudine me poſt parentes/ nemo eſt uobis propinquior. quamobrem ego quidem erga uos nec minus beniuolentię habeo q̃ ipſi parentes. uos autem puto/ niſi forte me ueſtra fallit opinio/ cum me intuemini parentum deſideri/ o haudquaq̃ moueri. Si igitur quae a me dicentur/ ea uos ſuſcipe ac ſequi parati eſtis: in ſecundo eritis or/ dine laudatorum apud Heſiodum. Si minus: ego ſa/ ne nihil moleſtum dicam. Vos autem meminiſtis car minum illorum/ in quibus ille poeta inquit. Opti/ mum illum eſſe qui per ſeipſum quę agenda ſunt con/ ſpicaretur. ſequenti autem gradu qui aliorum conſi/ lia ſequeretur. qui uero ad neutrum horum aptus eſ ſet eum penitus eſſe inutilem. Nec uos ulla admira/

tio teneat si quotidie ad magistros eũtibus uobis / ue/
terum q̃ uirorũ & ingenio & doctrina pręstantium /
per ea quę illi scripta reliquere / continuum usum &
familiaritatem habentibus / ego aliquid utilius ex me
ipso inuenisse profitear. Equidem hoc ipsum monitu/
rus uenio / non oportere uos eiusmodi uiris ita men
tis uestrę gubernacula pmittere / ut quacunq̃ ducant
ea seq̃mini. sed id dumtaxat quod utilitatem affert ab
illis accipientes / scire &iam: si sit opus: contemnere.
Que igitur ea sint / & quemadmodum discernantur
id iam uobis apiam hinc sumens initium. Nos qdem
o filii hanc humanam uitã nihil omnino esse arbitra/
mur. nec bonum quicq̃ existimandum censemus neq̃
appellandum / quod utilitatẽ nobis hucusq̃ suppedi/
tet. non itaq̃ dignitatem / non amplitudinem maio/
rum / non corporis uires / non formam / non magni
tudinem / non a cunctis hominibus habitos honores
non ipsum impium / non quicquid dici potest in hac
uita excellens. sed longius nostrę procedunt spes / &
ad alterius uitę pręparationẽ cuncta molimur. Que
igitur ad hanc uitam conferunt / ea nos totis uiribus
optanda quęrenda q̃ esse arbitramur. quę uero illuc
usq̃ puenire nequeunt / ut nullius momenti despicie
da. Quenam tamen ista sit / & quo pacto illa uiuatur
id sane ostendere plus negocii esset / q̃ nos in pſentia
susceperimus. maiores etiam auditores q̃ ipsi nunc es
tis ad percipiendum reqrit. Hoc solum cum dixero
satis abunde uobis dixisse putabo. Si quis omnẽ post
creatos homines felicitatem mente cõcipiat / simul q̃
in unam congerat uniuersam / ne paruã quidem par/

tem illorum bonorum adequare comperiet. Sed ab il
lius uitę bono, omnia humana simul collecta magis
abesse q̃ umbram & somnium a ueris rebus. Imo uero
ut pro priori utar similitudine, q̃ntum in omni re p̃
ciosior est anima q̃ corpus, tanta utriusq; uitę differē
tia est. Ad hanc porro uitam sacri ducunt sermones
per occulta nos erudiētes. donec tamen ꝓfundum il
lorum sensum ꝑ ętatem nobis ꝑcipe posse non licet in
aliis nō omnino diuersis quasi in umbris quibusdam
speculis q; oculos mētis exercere debem⁹, eos imitan
tes qui ad certamen se compant, qui & saltu & motu
manuum in ludo exercitati, callidi⁹ deinceps in cer
tamē descendunt. & nobis ꝓfecto certamē quoddam
incumbere putādum est, & quidem omnium certami
num maximum. cuius gratia cuncta tentanda sunt, &
totis uiribus incumbendum ad huiusce rei prępatio
nem. & poetis & oratorib⁹ & scriptoribus cęteris. o
mnibus deniq; homībus inhęrendum unde nobis ad
ingenii exercitationē aliqua sit accessura utilitas. Ve
lut igitur si qui tīgunt cum ꝑmo q̃busdā modis id q̃d
colorem receptuꝝ sit prępaꝛunt, tandem postea flo
rem supinducunt, siue purpureum, siue quēuis aliū
Eodem nos itidē modo (si ut indelebilis sit apud nos
probitatis sentencia) cupimus: cum iis extraneis disci
plinis fuerim⁹ imbuti, tunc sacris & occultis operam
dabim⁹. & quasi solem in aqua ꝑus uidere assuefacti,
ad ipsam lucem dirigemus intuitum. Si qua igit̃ con
uenientia utriusq; sit, ꝑutilis nobis erit talis cognitio
si autem nulla sit, ea tamen ad inuicem conferre & in
quo differāt intnoscere nō parum nobis fructus prę

bebit ad potioris confirmationē. Sed qua similitudi/
ne utemur ad hāc rē ostēdendā? Nempe ut plantę p/
pria uirtus est fructū pducere: afferūt tamē aliquē or/
natū & frondes ipsę circa ramos diffusę. Ita pfecto &
aię quidā prętipus fructus est ueritas. nō inamęnū ta
mē est hac extranea circumdari sapiētia/ quę tanq̄ frō
des quedā/& fructui tegmē prębeat & speciē intuētibus
lętiorē ostēdat: Hoc fecisse aiūt Moysen illū summa
prudentia uirū/ cui apud omēs gētes maximū est in
sapientia nomē. qui nō pus ad dei contemplationē ac
cessit q̄ i egyptiorū disciplinis mētem exercuisset. Hęc
eadē ferunt de Daniele sapienti: cū apud babylonios/
chaldęorū sapiētiā imbibisset/ postea rerū diuinarū atti/
gisse doctrinā. Sed iam satis abunde demōstratum est
non inutilē esse mētibus nostris hāc extraneā sciētiam
Nunc uero quo pacto illa nobis accipiēda sit dicēdū
uidet. Primo igit ut a poetis incipiam/ cum illi uarii
multiformes q̄ sint/ nō omnibus quę ab ipsis dicūt ad
hibēda est mēs: sed cū excellentiū uirorū dicta aut fa/
cta cōmemorāt/ tunc tota mēte moueri atq̄ inflāmari
debemus/ maxime q̄ conari ut tales ipsi simus quales il/
li fuere. cū uero i improborū hoīm/ mētionē incidunt
fugiēda est illorū imitatio/ aures q̄ claudēdę/ nō secus
atq̄ ipsi ferūt Vlixem ad sirenū cantus. prauę enī con
fabulationes uia quedā sunt ad facinora. Quōbrem
omni diligētia curādū est/ ne int illā quā plerūq̄ ser/
mones habēt festiuitatē/ latent aliqd admittamus mali
Non igitur laudabimus poetas/ neq̄ cum iurgia refe/
rūt/ neq̄ cū scurras/ aut amātes/ aut ebrios/ aut dica
ces imitant. neq̄ cū diuitē mēsa/ cātu q̄ dissoluto fęli/

citatem definiunt. minime uero cum de diis aliquid
dicunt. & maxime cum de illis ita narrant quasi plu/
res sint atq; discordes. Nam apud eos & frater in fra
trem coniurat. & parentes filiis / & filii parentib⁹ in
ferunt bella. deorū uero adulteria atq; amores & sce/
lestos concubit⁹. & eos maxime summi ac principis o/
mnium: ut illi asserunt: Iouis / que ne de pecudib⁹ q̄/
dem sine rubore quis diceret iis relinquem⁹ qui in sce
na uersant. Hęc eadem dicenda sunt & de cęteris scri
ptorib⁹: & tunc maxime cum ad uoluptatem loquū /
tur. Sed nec oratorum artem in mentiendo imitabi/
mur. neq; enim in iudicio / neq; usquā alibi mētiri nos
decet / qui rectum ac uerum iter uitę elegimus. quib⁹
interdicta sunt iudicia legis pręcepto. Sed tunc maxi
me oratores amplectemur / cum aut uirtutem extol /
lunt / aut uicia effulminant. Vt enī ex floribus cęteri
quidem nihil sumunt preter colorē / apes uero & mel
la inde sciunt excerpe: ita qui non solum uerborum
festiuitatem sequūtur fructum aliquem percipe pos /
sunt. Sed quoniam in apum mentionem incidim⁹ / p/
sequamur hanc similitudinem. Illę enī nec omnes pa/
riter flores adeunt / nec si quos adeunt eos totos abs/
munt. sed eo solo ablato quod opi suo aptum sit / reli/
quum omne ualere sinunt. Et nos q̄q; / si sapim⁹ / cum
id excepimus / quod ueritati amicum consentaneum q;
sit / cętera omnia transgrediemur. Et uelut ī rosis le/
gendis sentes uitam⁹ / ita quantum utiliter scriptum
est accipientes / reliqua quę nocere possunt declinabi/
mus. Principio igitur disciplinarum quamlib& con/
siderare oportet / & ad finem dirigere. lapides ad filū

dorico ꝓuerbio) diredigentes. Et q̃niam ad hanc no/
ſtram uitam ꝑ uirtutem aſcēditur / uirtuſ autem ipſa
a poetis / multum ab hiſtoricis / multo &iam magis a
philoſophis laudatur / eorū uerbis maxime eſt inhe/
rendum. neq; enim parum utilitatis hab& conſuetu
do quedam / & familiaritas uirtutūm / mentibus iuue/
num animis q; infuſa / cum maxime inherere ſoleant
& pene indelebilia eſſe quę in tenera ętate diſcuntur /
ꝓpter animoꝝ molliciem ꝓfunde inuſta. Et quid ali
ud Heſiodum uoluiſſe putandum eſt / cum illa ſcripſit
carmina / quę uniuerſi decātant? Aſpera inquit ꝓmo
& pene uiua & ſudoris continui & laborum plena eſt
uia / quę ad uirtutem ducit. quamobrem nec cuiuſuis
eſt ꝓpter arduitatem illam capeſſere / nec capeſſenti
facile ad cacumen euadere. Sed ubi id ſupaueris / ex e
ius faſtigio uidere licet / ut uia illa leuis ſit & pulcra:
ut q; expedita & facilis & longe iocūdior / q̃ altera quę
ad uicia ducit. quam uniuerſam ſimul arripi poſſe ip/
ſe idem poeta teſtatur. Mihi qdem uidet / nihil ob a
liud / q̃ ut nos ad uirtutem ꝓbitatem q; adhortaretur /
iſta dixiſſe / ne laboribus uicti / ante finem deſiſterem /.
Sed & ſi quis alius ſimiliter uirtutem laudarit / ei / ſer
mones ꝓmptiſſime recipiem /. Ego autem e quodam
uiro / qui ad ueſtigandas poetarum mentes acutiſſim/
habet / audiui cum diceret totam Homeri poeſim / lau
dem eſſe uirtutis: omnia q; illius poetę huc tendere:
niſi quid interdum incidens ſit. uerum in eo loco uel
maxime id patere / cum finxit cephalanorū ducē nau/
fragio eiectū / tā ſpectabile fuiſſe ut illos q̃bus & ſolus
& nudus apparuit / uerecundia aliqua auerteret. q̃n/

doquidem pro uestib⁹/uirtute illum dixit honoratū/
ut pmū regina reuerita sit eū/ deinde reliqua phęa/
cum multitudo/tanti putauit/ut relictis epulis quib⁹
cōmesabant unum illi cuncti intueretur: nullum q̄
eorum esse qui eo tempe magis quicq̄ ab diis optaret
/ q̄ Vlixem fieri/ q̄q̄ & nudum & naufragum. Solebat
ille poetarum interpres hoc ī loco clara uoce clama/
re. O homines sit uobis cura uirtutis/quę & cum nau
frago simul enatat: & in litore nudū eiectum fortu/
natis phęacibus/uenerabiliorem ostendit. Et pfecto
ita res est/ cętera omnia nō magis possidentium sunt
q̄ cuiusq̄ ut in talari ludo huc illuc q̄ transeūtia. So/
la uirtus & uiuenti & mortuo stabilis est & firma pos
sessio. Qua ratione motus mihi uidetur Solon cum
inquit ad diuites. At nos non pmutabimus cum uir
tute diuitias/quoniam uirtus firma est/ diuitias uero
alias ali⁹ possid&. Similia his sunt & a Theognide di
cta/qui inqt deum (quencunq̄ tandem is senserit) ua/
rie hominibus talentum appēdere: alio enī tempe di
uitias affluere/ alio nihil possidere. Hęc eadem a Pro
dico sophista q̄dam/in loco suorum librorum de uir
tute ac uiciis sapientissime scripta sunt/ cui quidē prę
standę sunt aures. neq̄ enim spernendus est ille uir:
Is uero ita inquit quantum ego memini(nam ei⁹ uer/
ba non teneo nisi q̄ sine metro sic ait). Herculem cum
is adolescens esset/uestrę ferme etatis diu secum mul/
tum q̄ dubitasse: utram uiam caper&/cum duas uide
ret. unam uoluptatis/ alteram uirtutis: inter ambi/
gendum autem duas accessisse matronas. has uero es
se & uirtutem & maliciam. statim q̄dem igitur &si illę

silerent manifestam fuisse diuersitatem illarum. uide
ri enim alteram accuratissime ornatam, fluentem de
liciis & omnium uoluptatū examen post se trahentē.
hęc itaq; omnia ostentantē & multo etiā plura pollicē
tem secū trahere Herculē tentauisse. Alteram uero a
speram & duram seuere q; intuentē talia ecōtra dixis
se. polliceri se nec uoluptate aliquā nec qetem: sed la
bores, picula, sudores q; infinitos terra mariq; tole
randos. premium autē illorū fore: ut ille aiebat: deū
fieri. & hanc demum Herculem secutū fuisse. Et fere
omnes qui modo aliqd in philosophia scripsere ut qs
quis maxime potuit uirtutem laudarunt. qbus sane
credendum est conādumq; ut in uita nostra id osten
dam. Nam qsquis ea quę alii uerbis dumtaxat philo
sophant, rebus ipsis affirmat, is uere sapit. cęteri ue
lut umbrę uolitāt. Nec secus ea res se hab&q̄ si pictor
egregiam uiri formā imitat. sit. hic autem reuera ta
lis existat qualē ille ī tabula expresserit. Qui enī uir
tutem in cętu hominum laudant amplissimis q; uer
bis extollunt: ipsi uero & libidinem tempantię & que
stum iusticię anteponunt, ii: mea sentētia: nihil diffe
runt ab histrionibus qui cum poemata in scęna agunt
sępe ut reges uel ut potentes pdeunt, cum neq; reges
sint neq; potentes, neq; omnino forsitan liberi. Atq
musicē qdem, si id ullo modo uitare potest, nunq̄ pa
titur lyram sibi dissonare. neq; chori pnceps incōcin
num sibi chorum habere. Ipse uero qspiam secū dissi
debit, neq; uitam consentaneā uerbis prestabit. Sed
Eurypide autore linguam qdem iurasse dicet, mentē
uero iniuratam mansisse, & bonum uideri q̄ esse ma

gis cupiet. At hic est ultim⁹ iniurię t̃minus: si q̃d cre/
dere oport& Platoni: bonum uideri cum nõ sis. Ea i
git̃ quę de uirtute scripta sunt ita ut dictum est acci/
pienda censeo: cum facta maiorꝝ aut memorię succes/
sione aut poetarum uel historicorũ libris usq; ad no/
stram ętatem conseruata sunt. Nec huius q̃dem gene
ris utilitatem negligim⁹. ut ecce Pericles atheniensis
cum eum q̃dam ex fori hominib⁹ ꝓbris lacesseret/ ni/
hilo est irritat⁹ neq; animo commot⁹. sed per uniuer
sam diem ꝑseueratum est/ cũ ille nullo maledicto ab/
stiner&: hic uero tanq̃ ea res nihil ad se ꝑtiner&/ con
temner&. uespe autẽ iam facto & tenebris exortis cũ
iurgator ille uix eo tempe abire uellet Pericles famu/
lo cum lumine accito ꝓsecut⁹ est ipsum/ ut sibi q̃ lon/
ga esset ad philosophiam exercitatio. Item cum q̃dam
irat⁹ Euclidi megarensi necem minaret̃/ id q; se factu
rum iuramẽto firmar&. Euclides cõtra iurauit se ꝓ/
fecto illum placaturꝝ/ effectuꝝ q; ne sibi infensus fo/
r&. Q̃ opepreciũ est aliq̃d hui⁹ cemodi exemplũ suc
currere mẽtib⁹ hominũ iam ira efferuescẽtium. Tra/
gędię enĩ nequaq̃ est credẽdum dicẽti in inimicos ar/
mabit ira man⁹. sed potissimum esse& nullo modo ira/
sci. Sin id fieri nõ potest/ attractõnis freno moderan
dum est nec permittẽdum longi⁹ efferri. Sed reduca/
m⁹ orationẽ nostrã ad claroꝝ uiroꝝ exẽpla. Pulsauit
q̃spiam Socratẽ Sophronisci filiũ faciẽ ei⁹ petulãtissi/
me cędẽs. socrates uero nõ repugnauit. sed illi⁹ irę ac
petulãtię se ꝑmisit: dõec uult⁹ ei ũdiq; tuber fier&. ue
rũ ubi ira illi⁹ satiata est Socrates q̃dẽ nihil aliud egit
nisi q̃ fronti suę ĩscripsit ꝑcussoris nomẽ quẽadmodũ

statuis fieri sol&: Ille inqt hoc opus effecit. nec ulte/
rius ulcisci prexit: Hęc quę nostris similia sunt perdi
gna esse imitatione/duco: hoc enī socraticum illi no/
stro conuenit quod mon& ut pcutienti maxillam u/
nam/alteram porrigamus. tantū abest ut ulciscamur
Id autem Periclis aut Euclidis simile est illi quo mo/
nemur psequētes expectare: & benigne iras illoꝝ to/
lerare: & inimicis bona precari/nō autem maledice/
re; nā qui in illis erit pręerudit⁹ his postea pręceptis
nostris adqescet. nec quasi impossibilia sint asperna/
bitur. Haud sane prętereundum est Alexandri regis
memorabile factum. qui cum darii filias in captiuis
haber& mirum in modum/ut ab omnib⁹ prędicabat
formosas/nē uidere qdem uoluit. turpe esse rat⁹ eos
qui uiros uicissent a mulieribus superari. Hoc illi no
stro conuenit q̄ aspiciens mulierem ad uoluptatē &/
si rem nō consumm&/tamē quia ad id concupiuit/in
corde suo crimine non car&. Illud autē Clinię Pytha
gorę familiaris difficile est credere/nō dedita opera
sed fortuito/nostris cōuenire/q cū posset trium talē/
toꝝ damnum iureiurādo sibi delato effugere/solue/
re qdem maluit q̄ iurare q̄q̄ sine piurio id facere lice
r&. Audiuerat ille/ut mihi uidet/pręceptū domini
iuramēta uetātis. Sed redeo ad id q̄d in p̄ncipio dice
bam. nō omnia nobis pręcipiēda sunt: sed tātū utilia
Etenī cū eos cibos q obesse possunt corpi diligent ui
tem⁹/absurdū est disciplinaꝝ qbus aīm⁹ alit rationē
nullā habere. sed tanq̄ torrēs aliqs quecūq̄ sors obtu
lerit sine delectu immergēre. Et cum gubernator nō
temere nauim uētis pmittat/seb ad portum dirigat.

Et ſagittarius ad ſignum/ & faber & architect⁹ finem
aliquē ſuę artis reſpiciat: nos ab eiuſmodi opificibus
in cognoſcendis rebus noſtris ſuperari. Neq; enī ma
nualium opum finis aliqs eſt: uitę autem humanę fi
nis eſt uallus: quem intueātur ii qui bene uiuere que/
rūt. Q; ſi nulla ratione huc atq; illuc in uita iactare/
mur/ quid inter nos atq; rates gubernaculis carentes
inteſſet? Verum ut ī muſicis gymnicis q; certaminib⁹
eorundē ſunt exercitationes/ quoq; & premia. nec ul/
lus cum ſe paleſtra aut pancratio exercuiſſet/ lyra dei
de aut tibia certat, neq; enī Polydamas id agebat/ nec
Milo. ſed alter ante olympicum certamē currus ſiſte
bat currētes. Milo uero in clipeo uncto ſtabat: nec
depelli ab eo ulla ui poterat: ſed reſiſtebat non ſecus
ac ſtatua quedā plumbo affixa. Q; ſi Marſię aut O/
lympi muſicā eſſent meditati/ relicto puluere atq; gy/
mnaſio/ ſero coronas aut gloriam aſſecuti eſſent: aut
effugiſſent ne corpa ſua deriſui haberēt. Sed nec Ti/
motheus relicta muſica ſua in luctaminib⁹ uerſabat.
neq; enī aſſecutus fuiſſet/ ut cūctis muſicis lōge ātecel
ler&. cui tantum ſuperat artis ut quotiēs libuiſſ& ani
mos hominum/ & uehemēti acrimōia accēder&: & rur
ſus molli ac placida lenir&. Quippe cū aliquādo ī A
lexādri cōuiuio cū cātū/ quē phrygiū appellāt modu/
laret/ uſq; adeo regē excitaſſe dicit/ ut ad arma capien/
da ꝓlilir&: atq; itez ad cōeſatores epulas q; reduxiſſe/
modulatōne mutata. Tātas uires hab& in muſicis gy
mnicis q; certamibus ad finē ſuū directa exercitatio.
Sed q̄nia ī coronaz atq; pugilū exēpla īcidim⁹/ ꝓſeq/
mur aliq̄ntiſper in ea re/ Porro illi q̄dam incredibili

laborum tolerantia uires adepti cum infinitis sudo/
rib⁹ in gymnasio manarint/ inumeras q̄ plagas in ex
ercitatione tulerint/ uictum autem nō uoluntarium
neq̄ iucūdum sed quem magister ludi ꝑscripserit ui/
ctitarit/ & in cęteris omnib⁹: ne orationē ꝓtrahā: ita
instituti ut uita ante certamen acta meditatio fuerit
certaminis/ tandē se nudant in stadio & summo labo/
re ac ꝑiculo decertant ut oleastri aut apii/ aut eiusmo/
di corona donent/ uictores q̄ a pręcone buccinent.
Nos uero q̄bus pręmia uitę nostrę adeo mirabilia ꝓ/
posita sunt/ ut nec magnitudo eorum dici possit nec
multitudo numerari/ in utranq̄ aurem securi dormi
entes altera manu cape posse credem⁹? ꝑmulti sane es
set inertia. & Sardanapalus ille ꝑmas omniū ꝑtes in
beatitudine ferr&. uel Margites forte quē neq̄ ora/
torem/ neq̄ fossorem/ neq̄ cuiusq̄ rei actorem fuisse
Homer⁹ ait. Si utiq̄ Homero credendum est potius q̄
Pyctaco qui inquit arduum esse bonum existere. mul
tis enī laborib⁹ susceptis uix eorum bonoꝝ compotē
fieri cōtingit quorū nihil in hac uita esse simile paulo
ante dicebam⁹. Non igit desidendum est nobis. nec ꝓ
breui uoluptate maximę spes abiiciēdę: nisi uelim⁹ cō
uicia pati & pęnas subire. nō hic apud homies q̄q̄ ne
hoc q̄dem paruū recte sentienti/ sed aut sub terra aut
ubicūq̄ sint illa iudicia. nā qui nō ex uolūtate delin/
quit is forte aliqua dignabit uenia. qui autē ex ꝓpo/
sito peiora eligit/ nullam hab& excusationē q̄n multi
plici pęna afficiat. Quid igitur faciēdū est dic& q̄spi/
am. q̄d aliud q̄ curā aīmę habēdū: cęteris ōnib⁹ ꝓ ni/
hilo habitis. Nō ergo corpi seruiēdū nisi q̄ntū summa

coget necessitas, sed anima bonis artib⁹ imbuenda, & ex corporū uinculis ac passionum societate ꝑ philosophiam eximēda. Illud preterea efficiendum est: ut corp⁹ laboꝝ patiētissimum sit. uentri autē nō ad uoluptatē, sed ad sustētationē porrigendū. Nam q̄ semper cenas atq; coq̄s mēte agitant, epulaꝝ q; gratia terras maria q; ꝑscrutant, miserabili admodū seruitute p̄muntur: & grauissimo domino tributa pēdunt: nihil leui⁹ patiētes q̄ ii qui apud inferos penas dāt uirga ignem diuidentes: & cribro aquā ferentes: & ꝑfossum uas implere anhelantes, nullū finē laborum habentes. Tonderi autē aut amiciri ultra q̄ necessitas sit aut miseroꝝ est secūdum Diogenē, aut iniurioꝝ. Itaq; occupatū esse in corpis ornatu, nō min⁹ turpe dicendū arbitror, q̄ aut pelicem esse aut adulteꝝ. Quid enim refert homini gnauo xestide amiciat, an uili aliqua ueste, dūmodo corp⁹ ab intempie tutet? Quod & in ceteris obseruandū est, ne quid supuacuo moliamur: nec plus corpi tribuam⁹, q̄ animę cōmodum sit. Neq; enim min⁹ turpe est uiro, qui uere hoc cognomine dign⁹ existat, nimiā corpis curā habere, q̄ ad aliam quāuis passionē effeminatū esse. Omne porro studium ponere ut corpi q̄ optime sit, homīs est, seipsum ignorātis: nec intelligētis, sapiens illud, q; nō id quod cernit, est homo: sed opus est maiori sapientia, ut quisq; nostrum quid tandē ipse sit, possit agnoscere. Verū enīuero id asseq̄ nō expiata pus mēte impossibili⁹ est q̄ lippis oculis solem ꝑspicere. Expiatio autem animę fit, ut & breuiter simul & abunde uobis dicam: per cōtemptū eaꝝ quas nobis sensus porrigūt uoluptatū.

Non igitur oculi pascendi sunt absurdis spectaculo/
rum miraculis. nō aspectu corporum uoluptatis stī/
mulos relinquētium. nō p aures son⁹ infundend⁹ q
animā corrumpe possit. Nam & neqcia & ignauia ex
huiusmodi musica gigni sol&. sed ea musica recipien/
da est qua usus Dauid poeta sacrorum carminum re/
gem/ ut ferūt/ ab insania liberauit/ Pythagoras &tiā
cum (iuuenib⁹ quibusdam/uino/ sertis/ saltu q̄ p ciui/
tatē lasciuientib⁹ obuiar&) dixisse dicit/ ei q modos ti/
bia faciebat/ut mutata harmonia doricum p̄sonar&.
q̄d ubi factum est bacchātes illos adeo resipuisse ferūt
ut serta abiicerent & rubore ut ult⁹ uerecūdiam cōfes/
si domum abirēt. Tantum intest corrupta & salubri
musica impleare. Quāobrē ab hac qdem musica quę
nūc in usu est nō secus abhorrēdum uobis censeo q̄ a
quauis feditate. Iam uero eos uapores qui odorē de/
lectent aeri miscere/ aut unguentis pungi/ &iam intēdi
cere uobis erubesco. Quid dicēdum de iis uoluptati
bus quę gustu aut tactu fiunt? an dubitādum qn illę
q̄ eiusmodi sint ut/ nisi qs caueat/ uentri ac semī ser/
uire nos ueluti pecora compellāt? Deniq ut summa/
rim dicam uniuersum corpus despiciendum est/ nisi
in luto uoluptatum uelim⁹ submergi. aut certe tan/
tum indulgeudū ut philosophię: ut inq̄t Plato: mini
steriū prestare possit. Eadem ferme Platoni & Paul⁹
mon& dū ait nō oportere nos p̄uidentiā aliquā cor/
pis habere ad uoluptates. nā ii qui corp⁹ optime cu/
rant/ animā uero quę ei⁹ seruitio uti deb& negligunt/
nihil ab iis differunt qui ut organa q̄ optima habeāt
summo studio conquirunt/ artem uero cuius gratia

illa organa sunt compata despiciunt. Prorsus igitur
contra seruandum est, nam castigare corpus & cōpe/
scere eius impetus ut immanem quandam beluam o/
port&. & eiusdē aduersus animā temerarios mot) ra/
tionis habena cohibere atq; sedare: nō autē frena uo/
luptatū remittere & animę curā abiicere: & instar au
rigę uiolentia equorū tracti differri. sed Pythagorę
meminisse qui cum intelligeret quendā ex familiari/
b) suis cibi exercitationib) ut pinguis fier&/ curare:
hic inqt non cessat molestiorem sibi carcerem instru/
ere. Quod gen) molestię cum suspicaret Plato corpi
suo impendere/ academiam insalubrem atticę locū fe
runt ex industria delegisse/ ut plus q̄ bona habitudo
corpis/ceu uitis nimia luxuries ob eā rem āputaret.
Ipse q̄ iam audiui ex medicis summā corpis ualitudi
nem piculosam esse. Cum igit hęc nimia īdulgētia &
ipsi corpi inutilis sit/ & animę impedimētum afferat
ea re studiū ponere manifestissima est insania/ Q. si
corp) cōtemnerem)/ quid opus esset diuitiis si uolu/
ptates corpis aspernaremur eqdem nō uideo nisi for
te quem iuuaret ut in fabulis de draconib) fertur re/
conditos thesauros uigilando custodire. Qui autem
ad hęc cōtemnenda ingenue eruditus est& plurimum
ab omni facinore & uerbo & ope abhorrer&. & quic/
quid ultra sufficientiam for&/ siue id lydia gleba esset
siue formicarum auriferarum opus tanto magis de/
spicer& quanto minus indiger&. Sufficientia autem
non ipsa libidine uoluptatum sed naturę necessitate
diffiniēda est: nā qui excedūt necessitatis tminos/ simi
les sunt iis q̄ pcipites deferunt/ nihil stabile iueniētes

ubi possint consistere: nullum terminum precipita/
tionis habentes. sed quanto plura amplectunt tanti/
dem aut &iam pluris indigent/ad uoluptates imple/
das. diuitiarū enim: ut ait Solon: nullus est ĩminus.
Verum ad eam rem/Theognide magistro utendū est
qui ita inquit. Neq; diuitias cupio: neq; uoto precor.
sed mihi contingat ex paruo uitam agere/omni carē/
tem molestia. Porro non sine beniuolentia q̃dam/mi
hi in mentē uenit dictum Diogenis/humana omnia si
mul contemnentis. qui magno rege ditiorē se pdica/
bat: quia ipse uidelic& paucorū indiger&. At nobis
nisi Pythie mysii adsint talenta/& infinita soli iugera
& numerosa armentorū examina/nihil sat erit. Opor
t& autē: ut ego qdē arbitror: nec absentes diuitias o/
ptare: nec presentib⁹ gloriari: nisi quātum scias uti.
Sapient enim Socrates qui cū uider& hominē diuiti/
is affluentē/ea q̃ de causa fastidio quodā gloriabun/
dum uadere/nō pus inqt te admirabor q̃ notum mi
hi fuerit/quo pacto scias uti fortunis tuis/. An uero
Phidias Polyclet⁹ q̃ si auro aut ebore gloriati essent
ex q̃bus alter ilien sib⁹ Iouem: alter Iunonem effinxit/
ridiculi haberent: aliena bona sibi glorie fore putā/
tes/ propam uero artem qua illud aurum pciosius fa
ctum est/silentio pretereuntes? Nos autē humanam
uirtutem nō satis decoris ipsam p se habere arbitran/
tes/ minori reprehensione dignos esse pntabim⁹? At
diuitias qdem contemnem⁹/& uoluptates despiciem⁹
uerum blandicias & adulationes sectabimur: & archi
lochee uulpis calliditate/multiplicitate q̃ gaudebi/
mus? At nihil est quod eque fugere debeat sapiens q̃

ad ostētationē uiuere: & populares auras seq. Opor/
t& autem uerā rationem usqadeo ducem uiuendi ha/
bere/ ut &iam si omnes homines reclament nihil mu/
tetur eorum quę recte instituerat: &iam si infamiam
uel picula subire ꝑ recte factis necesse sit. Nam qui a/
liter institut? est: is nihil differre uidet ab egyptio so/
phista/ qui & arbor fiebat & aqua & fera & quicquid li
ber&. Siquidem ipse quoq; modo laudabit iusticiam:
si id placere audientib? intellig&. modo eam uituperabit: si iis apud quos loquitur iniurias esse gratas co
gnoscet: & quod proprium assentatorum est/ ut poly/
pus ad speciem subiecti soli colorem mutat: ita & ipse
ad uoluptatem audientium sententiam mutabit. Sed
hęc in nostris libris addiscem? ꝑfectius. in pręsentia
uero umbram aliquam uirtutis descripsim?/ ex his ex
traneis doctrinis. Qui enī diligenter e quauis re co/
gunt utilitatem: & si minutatim id agant: tamē ut ma
gna flumina/ multa ex multis locis accipiūt incremē/
ta. Nam id quod inquit poeta: si parum paruo addas
id q; frequent facias. nō ad pecunię dūtaxat augmē/
tum recte dictum fuisse putandum est/ sed ad cuiusuis
scientię. Bias q̄dem igit unus e septem sapientib? filio
suo ad egyptios ꝑficiscenti/ rogāti q; patrem qd nam
agendo maxie sibi grātū facer&. si uiaticū inqt ad se/
nectutē cōpares/ uirtutē nimiū ꝑ uiatico intelligēs/:
sed arctiorib? t̄minis illam circumscribēs: utpote q̄ e
ius utilitatē humanę uitę spacio diffinuit. Ego autē
siue qs Titoni senectutem: siue uiuacissimi apud no/
stros Mathusalē q mille ānos min? trigīta dicit uixis
se: si deiq; uniuersum tēp? ex q̄ fuerūt homīes metiat

ridebo puerilem eius sententiam / contemplans lon / gum & insenescibile seculum. qd quidē tale est ut quē admodū immortalis animę ita &iam illius seculi nul / lum finem mens possit concipe. Ad quod ut uiaticū paremus / omnis lapis(ut dicunt) mouendus est unde aliqua utilitas ad eam rem sit nobis futura. Non igit quia ardua sunt hęc & laboriosa idcirco torpescam? sed memores illi? sententię: oportere uidelic& unum quenq / uitam pbatissimā eligere: expectare autem ut consuetudo faciat illam iocundam atq dulcem uide / ri: ea sequi aggrediamur. Turpe est enim cum temp? p socordiam abierit / tunc demum illud reuocare cum pręter dolorem nihil sit amplius uocanti rediturum. Ego igit quę optima esse rebar / partim nunc uos ad / monui: partim omni uitę tempe admonebo. Vos au tem: cum tria sint morborum genera: utinam ne uos ei similes prestetis qd insanabile est: neu ita mente ę / grotetis ut plerique solent corpe ęgrotare. Nam ii qui parua ualitudine angūtur / ipsi pficiscūtur ad medi cos. Qui uero grauiori morbo premunt / ad se curā / tes accersunt. At ii q in atram bilem insanabilit trās / uecti sunt / ne uenientes quidem medicos recipiunt. Quod uos nō patiamini nūc / recta cōsilia aspernātes.

FINIS

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf